Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tantum agimus quod ad ecclesiam pertinet quantum uel nos permittunt.
uel nobis imponunt. Earundem ciuitatum epi fratres et consacerdotes
nri. quamquam et iste. quis et ot annorum episcopum dicit. Quid inmo et iro
nem et imeat quominus mecum uellit conferre sermonem non satis
intellego. si doctrinam liberalium litterarum quas forte ipse aut
non didicit. aut minus didicit quid hoc pertinet ad eam quaestionem.
Quae uel de scis scripturis uel documentis ecclesiasticis aut publicis
discutienda est in quibus ille per tot annos uersatur. unde in eis deberet
esse. peritior; postremo est hic frater et collegam eius iam socius episco
pus. turrensis ecclesiae. qui nullas tales didicit. quales iste dicitur
formidare. ipse assit. agat cum illo, rogabo eum et ut confido
in nomine xpi facile mihi concedet. ut suscipiat in hac re uicem meam.
et eum dns puerilitate certantem quamuis sermone inpolitum tamen
uera fide eruditum. sicut confidimus adiuuabit, nulla ergo causa est
cur ad alios nescio quos differat. ne inter nos quod ad nos pertinet paga
mus, nec tamen ut dixi et iam illos defugio. si eorum ipse poscit auxilium.

Expl. epl. sci Agustini.

LVII. Incipit epl. sci Agustini ad Eusebium.

Domino eximio merito quae suscipiendo et dilectissimo
fratri eusebio augustinus. Non ego recusanti uoluntati
tuae iudicium sicut doces inter episcopos subeundum
molestus exhortator aut deprecator imposui. quod quidem
et iam si suadere uoluissem. posse fortasse facile ostendere
quam ualeas iudicare inter nos in tam manifestam atque apertam causam.
et quale sit illud quod facis ut non auditis. partibus iam ferre
non dubites pro una parte sententiam. qui iudicium reformidas sed hoc
ut dixi interim omitto, nihil autem rogauerem aliud honorabilem
benignitatem tuam. quod quaeso tandem in hac saltem epistola
digneris aduertere. nisi ut quereres a proculiano utrum hoc ipse
dixerit uictori praesbitero suo. quod ad eos sibi dictum publicum